



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Raynolda n. 59

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Ignatius  
Hispaniae  
decus clari-  
rissimum.  
Lutheru-  
oppositus.*

*Et Societas  
sæcta, aequa  
ac docta.*

*Ille Atha-  
nasio com-  
paratus.*

*Eius filij  
fortissimi  
Christi  
milites.*

*Quorum  
doctrina &  
sanguine  
diues O-  
riens.*

*Et totus  
Orbius.*

*Societas  
predicatur  
Neomagi.*

*Item in  
India.*

primerent: & ut cæteros omittam, Lutheru- opposuit Ignatiu- sium Hispaniæ decus clarissimum, & eius Societatem san- ctam, plane ac doctam, æquè humilem ac pœnitentem, nec minus charitatis operibus, quæ diuinarum contemplationi intentam. Quem satis laudauero, si Nazianzeni de Athanasio verbis vtens dixero, Ignatum & virtutem ipsam, ijsdem pla- ne laudibus condecorandum, cum virtus ipsa & Ignatius nihil inter se differre videantur. Cæteris Religiosorum Ordinibus, quamvis viros virtute & scientia claros affatim ha- beant, nihil cedit Ignatius, vt pote ostentans Socios, seu for- tissimos Christi milites, qui ad remotissima terrarum, & fe- rocissimas gentes per mille maris pericula delati, Martyrio- rum, & persecutionum genera omnia perpepsi, æternitatem Nominis merentur. Testis Oriens Societatis sanguine, & do-ctrina diues: testis Septentrio ab erroribus toties defensus, toties fuso Sociorum IESV cruore nobilis: testis Gallia, Bel- gium, Germania, Anglia, palmarum & laurorum feraces, quibus tot victorias compensant. Elogium sane Socijs ac Socie- tati glorioſissimum.

59. A REINOLDA *Vidua opinionis sanctitate inclytâ*, que Canisio Studio pietatis addicta Neomagi, vt partum suum vnicè diligebat. Quem cum in diligendo vita genere fluctuantem animad- uerteret, diuino instinctu afflatuque, tale ante Societatem cognitam Oraculum dedit. Tu, inquit, fili, coaptaberis in nouum quem- dam Sacerdotum Ordinem, quem in Ecclesia sua multorum in salutem parat Deus. Eos ego per visum vidi, & te ad eos adiungi. Graues erunt viri, docti, modesti, Deo pleni, & ani- marum charitate prædicti. Bono igitur fac sis animo, & spe huiuscmodi te sustenta: nam breui à Deo potieris hoc do- no. Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 4. num. 34. ubi licet nomen huius Vatt- cinantis vidua Sanctissimæ non exprimatur, bene tamen apud Imag- 1. sac. Societ. lib. 6. fol. 729.

60. \* A CONFESSORE Vazci Gamæ insignis Lusitanæ, qui non obscure Nostrorum aduentum multo ante prædixerat dicens,

Ventu-